

# **A LATIN DELECTUS, WITH A VOCABULARY**

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649014927

A Latin delectus, with a vocabulary by Charles S. Oakley

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.  
Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

[www.triestepublishing.com](http://www.triestepublishing.com)

**CHARLES S. OAKLEY**

**A LATIN DELECTUS,  
WITH A  
VOCABULARY**



# A LATIN DELECTUS.

WITH A VOCABULARY.

BY

CHARLES S. OAKLEY, M.A.,

LATE SCHOLAR OF CORPUS CHRISTI COLLEGE, OXFORD.



SEELEY, JACKSON, & HALLIDAY, FLEET STREET,  
LONDON. MDCCCLXXII.

29416. f. 1.



## A LATIN DELECTUS.

---

Puer amat.  
Galli vincuntur.  
Puer amat puellam.  
Caesar vicit Galliam.  
Dux castra movet.  
Saxa volventur.  
Domus aedificatur.  
Arbores crescent.  
Hostes victi sunt.  
Aestas succedit veri.  
Puer mandatorum patris obliviscitur.  
Caius vescitur vino et pomis.  
Pater semper credit filio.  
Juvenis fruitur salute.  
Consules magnos ludos fecerunt.  
Aedes Junonis eodem anno dedicatur.  
Castra moventur a duce.  
Acie hostes vicit.  
Magno dolore afficiuntur.  
Caesar in Galliam magnis itineribus contendit.  
Princeps rem suscipit.  
Imperator duas legiones conscribit.  
Legati ad imperatorem reverterunt.  
Legiones circum Aquileiam hiemabant.  
Legatus milites ex hibernis educit.

Proximum iter in ulteriorem Galliam per Alpes est.  
Hic pagus appellatur Tigurinus.  
Apud Helvetios nobilissimus fuit Orgetorix.  
Pauci de Romanis cadunt.  
Imperator milites a paelio continebat.  
Milites sarcinas humeris portabant.  
Intrepidus viator Africam explorat.  
Bonus miles fortiter pugnabit.  
Praelium acriter dimicatum est.  
Sidera multa micant nocte.

Novi hominem quem vidimus.  
Homo quem novi ibi fuit.  
Homo de quo locutus sum Athenis fuit.  
Vidi hominem cuius patrem novi.  
Vidi hominem cui dedi librum.

Cujus est ille liber? Balbi.  
Australiam inde adiit, quae Britannorum colonia est.  
Ea pars Galliae quae septentrionem spectat.  
Vocabula multa apud veteres auctores inveniuntur  
quorum usus omnino abolevit.  
Agricola, quem fortissimum virum fuisse constat, etiam  
in Britanniam pervenerat.  
Illum, cuius mentionem facio, plane nescio.  
Silesiam pervenit qui Germaniae pagus est.  
Civitatis pars fuit, qui domi manere noluerunt.  
Quae honesta, eadem pulchra sunt.  
Quid Romae faciam?  
Quid in illo tempore Caesar statuit?  
Si quid haberem, tibi darem.  
Panem, si quem emere possim, reportabo.  
Bis dat qui cito dat.  
*Palnam* qui meruit ferat.  
*Gallia est omnis in partes tres divisa.*

Dux fossam urbi circumdat.  
 Mater puerο togam induit.  
 Dominus servo cruciatus minatur.  
 Coloni oppidum moenibus circumdant.  
 Mater veste filiam induit.  
 Puella dat Julio pignus amoris.  
 Redeunt jam gramina campis.  
 Vincit qui patitur.  
 Circumdat murum urbi.  
 Otium divos rogat.  
 Circumdat urbem muro.  
 Nube candentes humeros amictus est.  
 Ite domum saturae capellae.  
 Aufert baculum puerο.  
 Senectus auferet vires mihi.  
 Omnes Romam petierunt.  
 Pater Castici regnum multos annos obtinuerat.  
 Caius Balbo filiam suam in matrimonium dat.  
 Caesar Labienum munitioni praefecit.  
 Decimae legioni Caesar et indulserat praecipue, et  
     propter virtutem confidebat maxime.  
 Dies colloquio dictus est, ex eo die quintus.  
 Genus hoc erat pugnae, quo Germani se exercuerant.  
 Non placidam membris dat cura quietem.

Scit me abesse.  
 Sciebat me abesse.  
 Polliceor me venturum esse.  
 Turpe est invidere.  
 Malo mori quam foedari.  
 Hostes audacius subsistere coeperunt.  
 Dux frumento, uti non potest.  
 Tutus ille non est quem omnes oderunt.  
 Tum demum Liscus quod ante tacuerat proponit.  
 Celebratam esse dedicationem, ingenti studio tradunt.

Si tu et Tullia valetis, ego et Cicero valemus.  
 Omnis civitas Helvetia in quattuor pagos divisa est.  
 Plebs suis comitiis plus valuit.  
 Validores olim Gallorum res fuisse summus auctorum  
     divus Julius tradit.  
 M. Caedicius nuntiavit tribunis se noctis silentio audisse  
     vocem.  
 Homerum oculis captum esse satis constat.  
 Cáptae urbis exitio non superesse statuerunt.  
 Helvetii angustos se fines habere arbitrantur.  
 Totius Galliae sese potiri posse sperant.  
 Planities erat magna, et in eâ tumulus terrenus satis  
     grandis.  
 Ubi eo ventum est, Caesar talia locutus est.  
 Ariovistus ad postulata Caesaris pauca respondit, de  
     suis virtutibus multa praedicavit.  
 Dum haec in colloquio geruntur, Caesari nuntiatum est  
     equites Ariovisti proprius tumulum accedere.  
 Caburi filius, summâ virtute et humanitate adolescens,  
     ad hostes mittitur.  
  
 Victor Romam ad majus certamen rediit.  
 Tribuni, gratificantes patribus, rogationi intercesserunt.  
 Sunt quos curriculo pulverem Olympicum collegisse  
     juvat.  
 Colonorum pars maxima incolumis Romam perfu-  
     gere.  
 Nemo eos ullo crimine arguebat.  
 Camillus palam sceleris plebem arguit.  
 In dies magis augebat iras hominum.  
 Pessimo exemplo innoxii condemnati sunt.  
 Erant itinera duo quibus domo exire possent.  
 Balbus maturat ab urbe proficisci.  
 Dumnorix provinciae magnum numerum militum im-  
     perat.

Germani pomaria non conserunt; sola terrae seges  
 imperatur.  
 Tullus magnâ gloriâ belli regnavit annos duos et triginta.  
 Helvetii reliquos Gallos virtute praecedunt.  
 Lingua institutis legibus inter se differunt.  
 Legati, nobilissimi civitatis, ad Caesarem mittantur.  
 Imperator progreditur ut hostes adoriantur.  
 Jubet milites se paratos ad pugnam habere.  
 Dolet puer quod librum amisit.  
 Curabo ut puerum bene erudiam.  
 Ita vivam ut salute fruar.  
 Si recte vivis salute frui potes.  
 Hibernacula, res nova militi Romano, aedificari caepta  
 sunt.  
 Dixerunt venisse libertatem plebis.  
 Consules, invisis plebi magistratus, creati sunt.  
 Caesar certior factus est Helvetios copias flumen trans-  
 duxisse.  
 Orgetorix, Marco Messalâ et Marco Pisone Consulibus,  
 conjurationem fecit.  
 Ad eas res conficiendas Orgetorix deligitur.  
 Helvetios, datâ facultate per provinciam eundi, ab injuriâ  
 temperaturos esse non existimo.  
 Allobroges demonstrant sibi nihil esse reliquum.  
 Vir erat, si quis alias, ob virtutem commendandus.  
 Dux exploratores praemittit qui certa renuntient.  
 Exploratores praemittuntur ut quae viderint renuntient.  
 Legatos mittit rogatum auxilium.  
 Nonnulli multitudinem deterrent ne frumentum con-  
 ferant.  
 Caesar equitatum praemittit qui videant quas in partes  
 hostes iter faciant.  
 Si potes huc veni.  
 Decima legio Caesari gratias egit, quod de se optimum  
 judicium fecisset.